

Reuer. P<sup>r</sup>i. Alphonso Salmeroni sodalitat<sup>is</sup> Jesu sodal.  
Gentianus Hermetius S. P. D.

Cum tu me egrotantem, quod tua fuit humanitatis, nudius tertius inuisisses, inter ceteros sermones, quos inter nos contulimus, hic fuit præcipuus, quod cum ego dixissem tandem abesse cogerentur Episcopi hoc maxime infelicissimo tempore quo tot undiq; oriuntur lupi, qui miserimas pecudes dilaniant, discerpunt ac dilacerant, tu quoq; te hoc ipsum egregie ferre prætulisti: et hoc etiam adiecasti id eo magis esse dolendum, quod unicum iuris Diuini uocabulum tanquam aliquod malum aureum in medium iniectum, tantam inter Patres excitauit dissensionem, ut his iam sex mensibus feliciter ceptum Concilij cursum retardauerit. Quod quidem te eo magis mirari dicebas, quod non sit adeo magna inter eos controuersia. Nam cum utriq; residentiam in suis Ecclesijs fateantur esse necessariam, alij eam iuris esse Diuini absolute censent, alij aut iuris quidem esse Diuini sed per Ecclesiam, id est per summum Pont. Cum autem quaererem si res non est adeo magni momenti, qui fit ut alij hanc iuris Diuini particulam Decreto de residentia contempere inseri cupiant, alij eam cane peius et angue fugiant, et horreant, dixisti nunquam permissurum esse Pont. et qui eius partes sequuntur ut de Pontificia detrahatur auctoritas detrahatur autem uti si propter hanc adiectam iuris Diuini particulam a Pontifice accersiti, aut aliquo missi Episcopi parere recusarent. Omitto cetera quae dixisti, nempe et sacris Literis nusquam adstrui residentiam, et primum dixisse Caietanum residentiam esse iuris diuini: cautius autem esse et consultius si penes Canonicos, usq; grauissimis iubeatur residentia, quae si statueretur eam esse iuris Diuini, quod impune et facillime uidemus uolari quotidie. Haec quidem dixisti, quibus ut respondeam non uideo mihi magnopere laborandum. Nam cum pascere gregem sit iuris Diuini necesse est et cum Episcopatus alicui mandat Pontifex id quoq; mandat quod est iuris Diuini, nempe ut gregem pascat, et ea ratione ut resideat. Si autem ante Caietanum nemo scripsit residentiam esse iuris Diuini, minime est

dubitandum mirandum. nam nemo unquam de eo dubitavit, neque ut id sciberet  
 Caletanum aliud impulit, quam quod per summam indignitatem uideret suas  
 Ecclesias ab Episcopis deserere. qua quidem in re magis est laudandus, quod  
 cum esset Cardinalis, nec quicquam esset, quod amplius ambiret, Episcopos uera seri-  
 bendo sui officij admonuerit, quam Catharinus et Campegius, quos iuris non esse  
 Diuini residentiam primos omnium dicentis, Episcopatibus quos habebant maius  
 aliquid ambuisse non leuis est coniectura. Si paucis aut Canonici non potue-  
 rint halterus Epi contineri in officio, quid uetabit experiri num adiecta  
 iuris Diuini particula amplius aliquid poterit? Fieri quidem potest ut non  
 multum prosit, at ut obsit non potest fieri. quod ergo prodesse potest, non potest  
 aut obesse, id ne disertis uerbis exprimaturs quid opus est tantopere contendere?  
 Sed haec ut dixi omitto, ad ea uenio quae dixisti subodorare Pontificem  
 et qui eius partis tuentur, fore ut dicto Pontificis minus pareant Episcopi  
 et ita eius Pontificiae detrahatur auctoritati, si iuris Diuini particula ad-  
 iiciatur Decreto de residentia. Ea autem dicam quae cum tu mecum loque-  
 baris minimè cogitabam, cum tu autem discessisses mihi uenerunt in mentem  
 reputanti et diligentius examinanti uerba quae apud me feceras. Atque  
 primum quidem omnium hoc mihi occurrit sacrosanctum Tridentinum  
 coactum esse Concilium ut et profligentur haereses et lapsa Ecclesiastica repara-  
 retur disciplina. Disertis enim uerbis expressum est id ideo congregari  
 ut reformetur ecclesia tam in capite quam in membris. Quod quidem maxima  
 spem dedit bonis omnibus fore ut prisca illi et incorrupti mores in mlti-  
 tudinem restituerentur, cum quod propter diuturnam et longi temporis  
 praescriptione munitam consuetudinem per se non posset facile efficere  
 Pontifex, id liberae sanctae Synodi permitteret arbitrio. Et iam cessabat  
 quae plurimorum animis insederat questio opinio nolle Pontifices congre-  
 gare Concilium quod timeret sui et suorum reformationem. ex hoc aucti-  
 et dignitati Pontificis quantam putas factam esse accessionem? Quae certò  
 futura erat longè maior si ipsa<sup>que</sup> sua uerba praeseferebant facta quoque respon-  
 dissent

disserent. Sed cum subdubitari ceptum est, et demum quodam modo pal-  
pari simplicibus offundi tenebras, et qui dolus est malus, aliud agi aliud sum-  
lari subter mirandum in modum refraxit quam de Pontifice boni omnes conce-  
perant, optimo. Quamquam meo quidem iudicio non tam huius rei culpa est in sin-  
gulum Pont. conferenda, qui non minus est re quam nomine pius quam in numeris  
aliquot Episcopi, et curia Romana aliquot asseclas, qui partim officij sui  
immemores, et Ecclesias deserentes, partim maiora captantes, et manes  
titulos ambientes non minus sunt additi Romae quam servi glebae quorum tam  
importuna et caeca est ambitio, ut malint Germaniam perpetuis agitari se-  
ditionibus, recuperanda Anglia omnem spem omitti, Franciam quae si-  
mor, Pontificum potentissimum et tutissimum semper fuit propugnaculum  
et Catholicorum manibus, quod nunc est maxime temendum eripi. caelum  
denique terra misceri, quam in animum adducere ut relicta Roma suos greges  
pascant. qui sunt adeo inconsiderati ut cum proximus ardet paries  
suam quoque rem agi non uideant. Huius funesti quod nunc est in Gallia  
belli quis futurus sit exitus Deus nouit. Mirum certe ualde temendum  
uidetur, ne cum omnium nostri temporis, absit uerbo inuidia quam et  
uirtute et mente superauit, Imperatorum fortissimus et omnibus alioqui  
uirtutibus adeo absolutus, ut nullum ei uitium auri sint unquam obijcere  
aduersarij, et qui solus praemia praemia domini pugnasse diu posset Dux  
Guifranus, non minus immatura quam uiolenta morte nobis sit praereptus  
totumque tam uiri fortis pro fide Catholica suscepta gloriosa martyris corona  
in hoc bello ceciderunt. temendum est inquam ne si mores nostros non  
corrigimus, deus permittat ut Gallia, Anglia, et Germania, conuulsa  
uel forte etiam conspirante Italia coniunctis simul copiis de Ecclesiasticis  
qui nolunt corrigi peccatis penas sumant. Deus faxit ut manus meas  
Sic sit metus. At facile id fieri posse quemlibet uel parum cordatum  
ipsa docet experientia. Si quid in Germania et Anglia intra paucos  
annos et nuperime in Gallia factum sit recordetur. Sed ut ad rem  
redeamus

redeamus, exceptis paucis, qui sincera, et illa conscientia libere dicunt, quod  
 sentiant, maxima ex parte sunt eiusmodi, ut dixij Episcopi qui iuris Divini  
 particulam Decreto de residentia addi nolunt. qui cum Summi Pontificis aultem  
 se defendere simulant, re vera aut sua ambitioni, et libidini seruiant, dici non possunt  
 in quantam inuidiam uocent summum Pont. Quid enim ad uulgi aures accedere  
 possit magis inuidiosum, quam si summus Pontifex cuius sunt partis uniuersam  
 regere Ecclesiam nolit prouidere ut Epi in suis resident Ecclesys. Nolle aut proui-  
 dere censebitur si per eum steterit, quominus residentia iuris esse Diuini statuat.  
 Quod quidem uidetur adeo esse perspicuum, ut sit ea ueluti notio quaedam im-  
 pressa in animis hominum. Quam multis in locis ut ego quidem arbitror imme-  
 rito male audiat summus Pontifex, nemo est qui nesciat, et tamen a maleuolis  
 conflatum in eum inuidiam tantam uim uidemus habuisse, ut multa, eaq; max-  
 ima nationes ab eo defecerint. Quid futurum aut censemus si per uniuersum  
 Christianum orbem, quod maxime timendum est hac peruagetur fama nolle Pon-  
 tificem ut Epi in suis Diocesibus resident. nolle aut directur si per eum steterit  
 quod absit ne residentia iuris esse Diuini statuat. Cauendum, cauendum est  
 inquam ne si hoc fiat non minus apud Catholicos q; apud haereticos laboret inuidia  
 et tot pestilentissimis quae Christianum orbem uexant haeresibus accedat quod Deus auertat  
 etiam schisma. Sed q; quaeso est peruersum eorum iudicium, qui Pontificis aultem eos  
 tueri existimant de ea aut eos detrahere qui existimant Quasi uero sit aliquid quod  
 magis faciat ad conseruandam atq; adeo augendam Pontificis aultem q; si omnes  
 quibus sunt mandata munera Ecc<sup>ca</sup> ut par est fungantur fungi aut qui certe possunt  
 si ea ipsi deserentes Vicaria semper utantur opera? Cuiusmodi uero est quod dicit  
 iussus Pontificis minus esse parituros Ep<sup>os</sup> si in decreto addatur residentiam esse  
 iuris diuini. Quamobrem? quia si a summo inquis accersantur Pontifice, aut  
 iubeantur aliquo proficisci poterunt semper eius detrectare imperium, hoc praestitu-  
 quod iuris sit diuini residentia Tu ipse inquit Ep<sup>us</sup> iussisti me residere Immo  
 uero Deus iussit, non licet itaq; hinc mihi discedere. Ad hoc facile est respon-  
 dere. Non est magis sua Ecc<sup>ca</sup> obligatus Ep<sup>us</sup> q; uxori maritus in h<sup>is</sup> Ep<sup>um</sup> certe  
 et in h<sup>is</sup>

et Ecclesiam ueluti quoddam spirituali contrahitur matrimonium. Quamuis  
aut matrimonium sit uiri et mulieris cōiūctio indiuiduam uitae consuetudinem  
retinens. non est tñ adeo arcta hac indiuidua uitae consuetudo ut non possit  
maritus iustus de causis ab uxore aliquamdiu abesse. ita etiam Epūs quīs iure  
Diuino obligetur residere. non tñ adeo perpetua astringitur residentia ut ei nō  
liceat aliquantisper abesse iustus de causis. Quae quidem poterunt esse eiusmodi  
ut non minus nitantur uiri Diuino q̄ ipsa residentia. Non est certe dubiū quō  
si a Pontifice ad Concilium uocetur Epūs, aut in locum aliquem mittatur in quo  
ad compescendam haereticorum rabiem sit eius opera ad tempus opportuna ac  
necessaria, uel si quid sit aliud eiusmodi in quo agatur uel de religione uel de  
Ecclesiae salute sit semper libenter pariturus Epūs ut qui satis intelligat cū ex  
scripturis sacris sit perspicuum Petri Apostolorum Principis successorem  
esse Christi Vicarium, se etiam obligari ad ei parendum in iis quae ad Ecclesiae  
pertinent aedificationem nec si ab ecc<sup>a</sup> sua aliquamdiu abfuerit pro desertore  
habendum, cum nec eam deserendi animo recesserit, et suae etiam Ecclesiae fecerit  
deze sit censendus, qui pro tota laborat Ecclesia, cum cōmuni salute etiam con-  
tineatur salus singulorum. In his ergo non est dubium quin sit quiuis bonus  
et sui officij non immemor Epūs summo Pontifici libenter pariturus, nec uentus  
rus ne si statutum fuerit iuris diuini esse residentiam ei parendo non uideatur  
cōmississe in Canonem. Neq̄ tamen negari potest a summo Pontifice nonnulla Epō  
imperari posse quibus si non pareat non protinus Pontificis imperium detrectasse  
sed iustas attulisse causas propter quas iure sit excusandus non immerito sit  
censendus. Nec ea solum intelligo quae aperte sunt turpia et plane indigna quae  
iubeantur a Pontifice, sed ea etiam quae uidentur honorifica, et quae etiam ad  
ipsius Ecclesiae aedificationem leniter intuenti uidentur conducere. Ut aut  
quid mihi uelim facilius intelligas unico exemplo, eoque clarissimo rem totam  
oculis subiiciam ex qua castra facile elucescant. Quid uidetur hodie magis  
honorificum q̄ ad Cardinalatus a multis tantopere expetitam dignitatem  
peruenire? Quid rursus ad ecc<sup>a</sup> aedificationem magis conferre creditur q̄  
Pontifex eos Cardinales habeat a consilijs qui et doctrina excellent, et ea uirtute  
sunt

sunt sanitate ut exemplo non minus prosint q̄ uerbo. Et tñ poterit esse eiusmodi  
 Ep̄us qui si a Pontifice Cardinali Galero oblato Romam euocetur longè melius  
 ecclesia sit consulturus si oblatum honorem non admittens, et se excusans in sua  
 diocesi maluerit ut ceperat rendere q̄ Romam proficiscens inane titulum quaere  
 re. Ponamus enim esse Ep̄um qui in ys habitet regionibus in quibus timeatur late  
 serpens haeresis q̄ et libris doctissime et scriptis elegantissime composcat, et sua  
 aultè populum in officio contineat. Ponamus ergo eum, q̄ remisso, qui honores  
 causa offerebatur Galero se excusare, et ita apud Pontificem agere. Ego sanctus  
 Patre quam possum maximas ago tibi gratias quod me indignum tanto honore  
 sis dignatus, ego uero uel obuijs, ut aiunt, ulnis eum excepissem, et arctissime  
 essem complexus si id mihi liceret per meam uita. conditionem. Sed cum in eo  
 gradu sim collocatus ut Episcopatu mihi iampridem mandatu administranti ab ouili  
 et scriptis, et concionum latratu lupos procul arcenti populo mihi commissio pro uerbum Dei  
 sincere predicanti, et omnes Ep̄i partis pro uiribus implenti, sit praesentia mea in mea  
 diocesi necessaria, ignoscas quaeso si Galero quantumvis honorificu minime duxerim  
 esse accipiendum. Et certi cum quid ex eo euenisset, ut uerum dicam apud me considerans  
 uideo si eum accepissem eo rem fuisse reddituram ut accepto Galero ipso iure meus uacaret  
 Episcopatus, qui cuiam mandaretur in hoc infelicissimo, quo uigilantissimis pastoribus  
 opus est, tempore, mihi ualde providendum censebam. Jam uero si per Cardinalatum ex  
 Ep̄o factus essem non Ep̄us, et in Presbyterorum numerum essem cooptatus non  
 immeriti censerer ab equis, quod aiunt, descendisse ad asinos. Ego certe non possum  
 esse adeo Aerianus ut non Ep̄i maiorem esse censeam dignitatem q̄ Presbyteri  
 quantumvis ego fuisset Cardinalis mihi aliud fuisset q̄ Presbyter. Quod mihi  
 adue fuisset grauius si cum in meo Episcopatu sit frequentissimus apud que  
 soleo concionari populus Roma mihi esset assignatus, cuiusmodi uir per multi  
 titulus in quo nullus esset populus, et in quo esset eiusmodi ades sacra ut  
 dignior uideretur in qua staret haro q̄ ara. Dices fortasse Beatus Patre non  
 esse cur recusem accipere Galerum. Nam etsi ipso iure meus uacet Episcopatus  
 eum tamen mihi redditum iri, ut qui quadam ueluti fiducia sit uersus mihi  
 comendandus. futurum est ergo ut sim non uerus sed fiduciarius et comendatarius

ut uocant, Epūs quod quidem tantum abest ut mihi persuaderi possit, ut nullam  
rem aliam Christianae Reip. maiorem arbitrer creare perniciem q̄ hanc fiducia-  
ariam Episcopatuū, et procul disitorum monasterior, Cardinalibus comendatione  
qua nihil est q̄ Ecclesiar, et monasterior, eis comedenda propinare dum ipsi  
Ecclesias et Monasteria deserunt. Immo ne semel quidem inuisant hoc exem-  
plum cum a Roma tanq̄ a capite ad caetera membra sit deriuatū. incredibile  
est quantam calamitatem Sui attulerit Ecc̄. tantum certe ut mihi Suis nos  
respexerit et ad lapsam reparandam Ecclesiasticam disciplinam sanctissimū  
Pater inspirauerit, de Petri nauicula, cuius tu clauum tenes altum plane  
uideatur. Quanam autē spes est fore ut lapsus reparetur ordo Ecclesiasticus  
quamdiu Cardinales comendatorū sibi Episcopatuū, et monasteriorū fuentia pro-  
uentibus quae ipsi ne per somnium quidem uiderint? Quam uerō hoc est mise-  
randum, et planē deplorandum quod cum in Italia tot sint dioeceses, <sup>uix</sup> tri uice-  
simus quisq̄ Epūs in sua Ecclesia resideat, et populum pascat? Neg uero Ec-  
cle fugere potest Beatiss. Pater cum omnes ferē qui Roma in aula tua magistrati-  
gerunt et muneza obeūt ex eorum sint numero et diebus festis in tuo sacello tan-  
tam eorum uidere possis multitudinem ut ferē ex ea iustus conscribi possit ex-  
ercitus. An uerō cum eos uides non tibi quandoq̄ uenit in mentem quot illi  
sunt Episcopi, tot in Italia te uidente, et permittente desertas esse dioeceses? uis  
ne te pro Christi uero quod tuus tibi tribuit Pontificatus gerere Vicario? eos oēs  
a tuo conspectu ad suas quas deserunt eae Ecclesias expelle, populūq̄ docere  
uerba Dei predicare, et quae sunt Episcoporuū partes implere compelle. nihil potest  
facere quod fame uerbi Dei laborante populo possit esse gratius, et ad re-  
parandam Ecclesiasticam disciplinam, quae est maxime necessaria accommo-  
datus. An uerō cum tot sint in Italia Episcopi qui non resideant aequi censebis  
ut ego Cardinalis creatus, et nihil secius Epūs fiduciaarius Roma legens meo  
exemplo ad non residendum coetivos Epōs incitem qui ad residendū Romae  
essent expellendi. Absit sanctissime Pater ut quod uides planē iniquum  
id a me

id a me fieri posse statuas. At dices fortasse quod aliqui uideri posset iniquum, equum uideri poterit si consideres, quod cum futurus esses in sanctiss. totius orbis Christiani conuentu, in quo aguntur maxime, quae ad Christianam Temp. attinent causa tu ex tuis consilijs adiuuenti plurimum afferre posses. Ego uero de me tam praclare non sentio ut meum consilium rebus hodie tam afflictis aliquid opis afferre posse putem: hoc unum scio ad profligandas haereses et populum Christianum in officio continendum non aliud praesentius esse remedium q̄ si lapsa ecclesiastica reparetur disciplina. Quam sit aut̄ difficile eam reparare ex hoc facile est conijcere, quod cum doctissimis et sanctiss. Cardinalibus Contarino, Sado, leto Polo reformationis negotium mandasset sanctae memoriae Paulus VI. res hunc habuit exitum ut nullus inde secutus sit effectus. quaḡ aut̄ sit ea res ex se non parum difficilis ex eo est certe longe difficilior, quod saepe contingat ut Pontifices, qui reformationem sedulo cupere praese ferunt doctissimorum, et optimorum uirorum, quos ad se accersunt non ad reformationem quam in uulgus iactant, sed ad suam stabiliendam potentiam abutantur. hoc in te caedere sanctiss. Pater tantum abest, ut existimem, ut te nihil esse magis et re, et nomine p̄sum lubens et sentiam, et praedicem. Sed quoniam es in summo gradu potestatis collocatus, quo fit, ut multorum sermonibus aures tuae pateant necesse est, tuique me consilio nonnihil ualere existimas, non uerebor ea scribere quae tuae sanctitati coram scilicet dicerem. Nullos sanctiss. Pater maiores habes hostes q̄ tuos domesticos qui tibi perpetuo assentantes, et ea ratione ad amplissimos honores sibi uiam munitentes, diuinam tuam potestatem et aultem semper habent in ore. quam quidem si quisquam obstinato animo denegaret is in improborum numerum meritis esset referendus. falluntur aut̄ et fallunt si qui existimant eam in eo esse sitam, ut tu prohibeas eos, quibus munera sunt mandata ecclesiastica sine ijs ut par est fungantur, et populum sibi commissum pascant. Quod cum explicari non possit absq̄ uidentia, et atq̄ etiam cauendum est ne leui aliquo pretextu a suo officio a te Beatissime Pater

si liceret

mue,

syplevi

Pater auocentur Epi quoniam aut nihil est quod ardentissimis omnium bo-  
norum uotis magis hodie exposcatur q̄ ut Ecclesiastica reparetur disciplina  
tug, si illie adessem a me fortasse de ea re consilium peteres, paucis dicam  
quod sentio, quod ut pro summa tua humanitate in bonam partem accipias  
te rogo, et obsecro, non ea dicam quae forte ab assentatoribus audire es solitus  
qui semper quae uicunda uidentur auribus tuis instillant sed quae uide-  
buntur quidem paulo acerbiora sunt aut eiusmodi. Omnium qui recte sen-  
tuunt iudicio, ut Ecclesiae tibi commissa ex ijs salus pendeat uis o Pie Pon-  
tifex sanctiss<sup>e</sup> Ecclesiasticam reponere disciplinam? Vis certe. nec ma-  
leuolorum qui de tua sinceritate detrahunt maledicta mundi contrarium  
poterunt persuadere. Sed si uis, fac ut iudicium a domo Dei, a domo  
inquam tua incipiat. Non uides, quam barbarico prope dixerim, Luxu  
aula tua tota diffluat? Cardinalium tuorum quantus sit comitatus q̄  
multi anteambulones, quanta eos sequentium Episcoporum caterua  
quam superbae sint eorum uestes. q̄ superbus comitatus ornatus, q̄ superba  
etiam mularum frenata, et epippia, quam superba palatia? Quorsum in  
urbe sunt, ac auditur tot equorum hinnitus, tam sonorus tubarum, et  
buccinarum clangor, tam horrendus bombardarum strepitus? haecine in  
ea urbe in qua sita sunt duorum Christi Apostolorum corpora, qui ab  
omni fastu fuerunt alienissimi, et haec ab ijs fieri, qui ut eorum sunt suc-  
cessores, ita eorum oportuit uitam quo ad eius fieri potuit, imitam?  
Sunt haec oia Beatissime, et Sanctissime Pater, corrigenda, totusq̄ hic  
nimis superbus, et dissolutus uiuendi modus ad frugalitatem reducendus  
Sed quomodo haec fieri poterit in tam corruptis hominum moribus. max-  
ime cum nihil sit difficilius quam assueta relinquere? Ego quidem  
nullam uideo aliam commodiorem rationem q̄ si reuocetur sextus Canon  
Concily Chalcedonen. Consideretur quinam sint Romae tituli in quibus sit

perpales

populus qui pascatur, doceatur, regatur, et sacramenta ei administrantur. Ad  
 quemlibet horum titulos, cum eum uicere contigerit ordinetur Cardinalis, qui  
 ordinatus in eo praedicandi, et sacramenta administrandi suo fungatur munere  
 omni spe ei adimplenda potuerit alicuius commendati Episcopatus aut Monasterij  
 in quo non possit resideere. eum suus aliat titulus. Quod si id non possit,  
 suppleat id quod deerat amplissimum Christi primum benignitate, demde  
 Constantini et Caroli magni (ut ceteros omittam) liberalitate, Petri Pa-  
 trimonium. Ad eos aut titulos ordinari poterunt non solum Romani, sed etiam ex-  
 terni de quorum doctrina, et nulli crimini affini uita erit satis constans fama modo  
 ne sint Episcopi, aut alicui muneris Ecclesiastico addicti, quod non possunt desereere  
 Ceteri aut manes reuli, et in quibus nullus est populus omnino supprimantur  
 Sed quoniam sunt in eis multa templa antiqua religione sacra, ut quae in honorem  
 aliquorum Martyrum, aut alicuius sanctorum sunt consecrata, et ad quae  
 festis anni diebus soleat populus conuenire, prouidebit summus Pont. ut ea  
 sacra loca mancant, et ad rem Diuinam faciendam cum opus erit illic conue-  
 niant. Sacerdotes ex alijs Ecclesijs haec nonnullis noua uidebuntur, cum sint  
 antiquissima, et a Synodi usq; Chalcedonen, quod Imperante fuit Martiano  
 Pontificatum aut tenente sanctiss. Leone primo, temporibus repetita.  
 Noua aut uidentur, quoniam per quandam negligentiam, ne dicam prauitatem  
 sunt antiquata. hinc certe factum est ut non noua sint, sed ueteres de ys quae  
 Roma contra Ecclesiasticam disciplinam sunt quarelis, quae nonnullam dederunt  
 occasionem, ut uel tam multae haereses sint exorta, uel non tam cito sunt repressae  
 haec Ecc. disciplina iacto ueluti fundamento nihil est facilius q; reliqua super-  
 struere. Nolo itaq; in ys exponendis ductius immorari sed ea cursim prose-  
 qui, quae tibi Beatissime Pater sua sponte satis occurrerent Primum itaq; non est  
 committendum ut uni plura mandentur munera Ecclesiastica hoc enim anti-  
 quis plane repugnat canonibus. Demde tollenda sunt, quae cura rationem fuit  
 in Beneficijs, ut uocant conferendis summi Pontificis praeventiones. nec illorum  
 conferendorum alia illi debet esse causa q; ut eor, suppleatur negligentia quoru  
 sunt

sunt partes conferre, ut pote si ex alio <sup>sexto</sup> mense mense ipsi nondum contulerint. Regularia dentur regularibus, secularia secularibus; Residencia omnibus imperetur nec ab ea esse immunem nisi ad tempus certis et iustis de causis cuiq; concedatur. Concilia tam Metropolitanam q; Episcopi quotannis celebrentur in quibus et de ecclesiae negotijs mature et diligenter inquiretur, et in Ecclesiasticos, quos deliquisse constiterit, seuerè animaduertatur. Legati a sede Apostolica in diuersas orbis partes mittantur, qui quid ubiq; fiat diligenter obseruent, et ad summum Pontificem renuncient, ut si aliquos se malè gerere intellexerit, eos uel missis literis admoneat, et arguat, et si res postulauerit, eos etiam ad se euocat. ipsi aut interea se integre et innocentè gerant, nec hoc sibi proponant, ut ordinariorum præcipiendo uices conferendi se et suos locupletent, sed potius dent operam ut Ordinarij in uicos probos, et qui suscepto munere pares esse possunt, conferant. Ex tremum est quod mihi uenit in mentem Beatissime Pater, quod uel primum omnium est censendum, nempe ut quo ad eius fieri poterit, quaecumq; in curia expediantur Romana, expediantur gratis, et deleatur illa macula, quæ a prisca usq; temporibus uobi insedit. Omnia Roma esse uenalia. Hæc sunt sanctissime Pater, quæ si de Ecclesiastica reparanda rogare disciplina essem tibi responsurus. quæ cum tibi absens exposuerim, non est quod mea præter opera amplius tibi usui esse possit. Non est certè quod hac in re ullius consilium desideres. Nemo est qui melius consilium tibi dare potest, q; tu ipse, numq; falleris si te ipsum audies, te ipsum inquam Spiritu sancto afflatu ad Christi uniuersam regendam Ecclesiam. Nam qui te uniuersæ uoluit præesse Ecclesie non est dubium quin per Spiritum sanctum eas tibi sæpissime immittat cogitationes, quæ summo Pastore sunt dignissima. Reformanda inquam Ecclesiastica disciplina tam in capite q; in membris. quas si regaris, et non sinas a tuorum domesticorum te improbis aduersi consilijs qui dum suæ ambitioni seruiunt, ne tua minuatur auctoritas se semper timere præ se ferunt, longe erit felicissimus tuus Pontificatus, ut  
cuius

cuius tempore acciderit, ut quod tum multis iam seculis fuit optatum diuinitus concederetur, nempe ut tam fede lapsa restitueretur disciplina. Tibi certe quem Christus constituit suum Vicarium, et cui plenam contulit potestatem, cum ceteri Epi sint tantum uocati in partem sollicitudinis esse debet persuasissimum, neq alia ratione conseruatum, atq adeo auctum, et amplificatum iui tuam auctoritatem, quam si y quibus sunt munera mandata Ecc<sup>ca</sup> in quibus Episcopatus praecipuum locum tenent ea, ut par est strenue et diligenter obeant. Quod quidem cum facere no possunt si suas ecclesias deserant, nisi forte ad breue tempus, ac certis, et iustis decausis. Tibi etiam, atq etiam, prouidendum est, ut perpetuo Decreto esse necessaria Statuas residentiam. Quamobrem mihi quaeo ignoscas si oblatum galerum non acceperim: Neq enim mihi uel mille tanti sunt galeri, ut ad quam me spiritus sanctus posuit regendam Dei Ecclesiam, eam deseram, et a lupis qui eam undiq circumsistunt, a perniciosissimis inquam haereticis per summam indignitatem discerpi, ac dilacerari sinam. Hac si ille optimus et doctissimus Epus ad Pontificem galerum remittens, dixisset detractare ne Pontificis uisus esset Imperium, an eas asserere excusationes, quas non posset summus Pontifex non accipere. Id aut si fecisset, ne longe melius Ecclesia consulisset, quam si accepto galero cum se duobus in locis uideret non posse residere iuris diuini non esse diceret residentiam, ut qui timeret ne si iuris esse diuini prouidicaretur, eum a Canone non posset soluere Pontifex. Hinc certe sunt illa laetoruma, hinc tanta digladiatio, hinc tam uehemens contentio Cardinalium fere omnium, et eorum Episcoporum qui de Pontificia aucte aliquid detrahi agri ferre praese ferunt cum nihil magis formident, q ne Roma suis relictis delictis Episcopi munere praesentes per se fungi cogantur. Atq quod is quide Episcopus nequaquam est uituperandus galero accepto ἀνεπίσκοπος κάρωα mi<sup>ne</sup> mme sequutus sit nequaquam est uituperandus. Nam cum longissimi temporis praescriptione munita sit haec consuetudo ut idem possit esse et Presbyter Cardinalis, et fideiarius Epus, comuni errore qui uis facit, si modo error sit ducendus, se potest tueri, maiorem quidem certe Rex repudiato q ex accepto

exaltissimi  
Canone

accepto galero gloriam fuisse consecutus, et de uniuersa Ecclesia fortasse me-  
luis meriturus. Quod aut iuris Diuini negent esse residentiam, nescio quem  
admodum sit excusandus, nisi fortasse dicatur id habere in mandatis, ut qui  
sit Legatus, ne dicam an ligatus. Quod si ita sit, quanam potest esse spes  
progressus Concilij: cum residentiam esse iuris diuini summus Pontifex,  
qui id sua sponte debebat decernere, per uiciorum quod Deus auertat, aperta  
prohibeat conspirationem. Uidentur etiam Epi, qui hoc asserunt, hoc non temere  
tuendum suscepisse. diuersos enim diuersa ad id possunt mouere causa.  
Sunt enim quibus intoleranda, et uel Aetna monte grauior uideatur residen-  
tia, quod a Romanis, quibus tam diu assueuerunt, et quae Circaeorum instar  
foculorum eos dementarunt, delictis abstrahi, uel ipsa morte peius censeant.  
Sunt qui a pinguiorum quos spe deuorauerant Episcopatum, et monaste-  
riorum, et Cardinalitij etiam galero diuturna expectatione momento temporis  
decidisse non ferendum arbitrantur. Non desunt quos male habet, quod cum  
quosdam magistratus, seu quaedam munera a Pontifice representata emerint  
pecunia, ea si in suis residendum sit Ecclesijs obire non posse, et quos ex eis  
percipiant prouentibus se esse priuandos intelligant. Sunt alij minus mali, qui  
libenter residerent et suo fungerentur officio: sed cum hoc etiam completatur  
residentia, ut uerbum Dei praedicent, inscitia sua conscij hoc nomine abhor-  
reant residentiam quod timeant ne si sit sibi concionandum, plane quod sit  
esse uideantur nempe  $\delta\nu\omicron\iota$   $\lambda\upsilon\epsilon\alpha\delta$  — Sunt alij quorum causa uidetur  
esse paulo aequior, et quorum querela in Concilio est omnino habenda ratio.  
Ii sunt qui in sua diocesi residere ideo aggreferunt, quod a sua exempti sunt  
Iurisdictione Canoniconum conuentus, et omnes Beneficiorum collationes mi-  
nimis quibusdam exceptis sibi reseruarit Pontifex. Atque ea sunt non  
iuste quidem (quae enim iusta potest esse causa ut quis recuset suo fungi  
munere) sed quae ad impellendum non aliquam habent causa, ut tum accisis  
defendant causam residentiam non esse Iuris diuini, et quod eorum cap-  
tibus uideo imminere, falsus utinam sum uates prudentes et scientes in  
apertu

Asini ad  
lyram.

199  
apertum proruant exitum. At uos<sup>uos</sup> appello Alphonse Salmeron, et Jacobe  
Lainas, quos ego non ignoro uros esse doctissimos, quosq; hactenus iudicavi  
esse optimos, et uere pios, uos inquam appello, et rogo quidnam uos mouet  
ut et sane tueremini sententiam, et miseris Episcopis qui ad suum praeci-  
cipis currunt exitum, frigidam ut aiunt suffunderetis. An non memi-  
nistis quam pulchrum uobis titulum usurpetis, ut uos dicatis sodales  
sodalitatis Jesu? Si sodalitates Jesu<sup>uere</sup> uos estis sodales, quod uobis uerbo  
hibuitis, re ipsa ostendite. Jesu estis sodales Jesu gloriam quaerite. Et ne aliquid  
quod ad Jesu Christi gloriam magis faciat, q̄ si quos spiritus sanctus posuit Episcopos  
regere Ecclesiam Dei, ij presentes ut par est, rite suo fungantur munere? Potes-  
tis ne esse Jesu sodales, et Jesu gloriam non quaerere? Non quaeritis  
aut si impedimento estis quo minus eius ministri ei seruiant. Non seruiunt  
aut si suis relictis Ecclesijs suae ambitioni seruiant, et libidini. Desinite in  
uulgus iactare uos auctoritatem summi Pont. Quid agant, quid moliantur, quid  
sibi proponant, qui residentiam Juris non esse Diuini asserunt, est iam leppis  
notum et consordus. Pontificis Jesu Christi Vicarij autem uos dicitis defendere, et  
interea Jesum ipsum cuius est Vicarius ignominia, probro, et dedecore, quod in  
uobis est afficitis. An non hoc est Jesum ignominia, et dedecore afficere, eos qui  
eius cultui sunt dedicati ab eius cultu abstrahere, et ad otium, ambitionem, et  
libidinem traducere? Vultis ne Vicarij~~o~~ maiorem esse autem, quam eius cuius  
uices gerit? Vult Christus sibi honorem ab Episcopis haberi, sacrificia offerri, pro-  
pulsum et uerbo, et exemplo pasci. Hoc si nolit Vicarius, et neglecto domino cuius uices  
gerit, in se omnem honorem transferri uelit, se coli, se obseruari, se frequenti Epi-  
scoporum comitatu ornari, is ne se pro Vicario, an potius pro domino gerere censen-  
dus erit? Desinite desinate inquam auctoritatem iactare Summi Pontificis. Pontificis  
autem nihil est quod magis conseruet, augeat, et amplificet, quam si perpetuo caueatur  
edito et decreto esse iuris Diuini residentiam cum ita futurum sit, ut Christus lau-  
detur, honoretur, et glorificetur, nec Pontificis auctas a Christi cuius uicem gerit  
aucte, gloria, et honore potest separari nisi forte se non pro vicario sed pro  
dno

domino uelit gerere, et non principis Pastorum uicem sustinere, sed Tyrannidem  
quod Oris prohibeat exercere. Quid uos inquam mouit, ut male sibi et Ecclesie  
consulenti Pontifici, si modo uerum sit quod hoc Decretum nolit fieri, hac in re  
gratificaremini? Nam cum ita uestrum institutum sit conuoluum, ut omnibus  
qua sunt mundi renunciaueritis, proprietatem et possessionem omnem a uobis  
abdicaueritis, rerum diuinarum contemplationi, bonisq; et pijs actionibus uos  
totos dedicaueritis, non possum mihi persuadere uos aliquid ambire a summo  
Pontifice. Sed quidquid sit, neq; enim me decet in rebus aliorum nimis esse  
curiosum. Videtis quantopere ab omnibus omnium hominum ordinibus postulet  
Ecclesiastica disciplina restitutio, qua est adeo necessaria, ut frustra scripturis  
et argumentis quod minime est difficile conuincuntur, frustra anathematis ful-  
mine, quod minoris q; fulgur ex uetro existimant, feriuntur a Concilio here-  
tici: Quamdiu oculus hominum obuersabuntur ministrorum Ecclesiarum, infirmis  
aut curiae Rom. abusus fieri non poterit ut populus contineatur in officio hoc  
uidet prudentissimus, et religiosissimus Princeps Imperator Ferdinandus, qui  
de ea re per suos Oratores saepius admonuit Concilium, et scriptis ad Pont. Oris  
quamnam esset sua sententia exposuit. Vident caeteri quoq; Principes, qui per  
suos Legatos nihil aliud aequè urgent. Immo uerò hoc solum urgent ut fiat re-  
formatio. Videt <sup>Illius</sup> et in <sup>primis</sup> <sup>Illius</sup> Cardinalis Cotharingus cuius opera cum  
in rebus afflictissimis Franca regno potuisset esse utilissima, omnibus post-  
habitis uenit ad Concilium sedulo conaturus ut id persuaderet quod est  
maximè necessarium. Vident caeteri omnes, ij soli non uident quorum ut ea  
fiat maximè interest. Non uident aut ut existimo, quoniam Deus exco-  
cauit eos, quia uult eos occidere. Huius reparandae Ecc<sup>ca</sup> disciplina et refor-  
mationis caput est, et initium, ut provideatur, ut quilibet qui munus sus-  
cepit Ecc<sup>ca</sup> in sua resideat ecc<sup>a</sup>. Prouideari aut melius non potest quam si  
Patuatur residentiam esse iuris diuini. Hoc cum intellexisset callidus  
cacodemon, tum multos excitauit, quid enim aliud dicam? et Episcopos, et  
alios

alios, qui hoc ius Divinum tam acriter oppugnant. Inter quos te esse mihi  
 Alphonse cum B.<sup>o</sup> Patre Layna pro uetere tua amicitia non possum non  
 dolere. Optarem quidem certe, ut si ipsa uobis persuadeat ueritas, et  
 uia dilbet conscientia iuris esse Divini residentiam, & uim imitati  
 Augustinum, careritis palinodiam. Digni certe estis qui omnem ingenij et  
 doctrinae uestra uim, qua est longe maxima, in hoc conferatis, ut iuris  
 Divini statuaturs esse residentiam, et quod tot iam seculis frustra desideratum  
 est reparetur lapsa ecclesiastica disciplina. quod nisi fiat in hoc Concilio Deus  
 mala prohibeat, quae uideo impendere ordini ecclesiastico. Jam enim uidere licet  
 egressam iram Dei, quae iam gladium suum uibravit, arcum suum tetendit, et in  
 eo parauit uasa mortis. Non possum certe non timere ne si peccata nostra non  
 corrigamus, et ut melius in posterum uiuatur provideamus, euenturum tandem  
 sit quod praedixit Sibilla nempe eorum futuram ruinam. Et forte ex uno, ex  
 septem collibus ingentem eius ruinam aliquis conspiciat magna uoce exclamabit  
 Ecce Babylon magna & hoc ne accidat Deus est a nobis precibus ac penitentia  
 placandus, et restituendo lapsam ecclesiasticam disciplinam reconciliandus  
 Ad hoc persuadendum ut fiat si omnes uros ingenij et doctrinae nervos  
 intenderit, ea quae uos decet feceritis, et a deo maximam mercedem, nempe unam  
 mortalem gloriam referetis. Vale Tridenti in meo cubili. V. Cal. Apr. 1563

(48)

Epistola F. Petri Soti, quam moriens dictauit, ~~ad~~ <sup>ad</sup> summum Pont. mitti mandauit  
 XVI. Calend. May 1563

Beatissime Pater post beatorum <sup>redun</sup> oscula

Nuper scripsi quaedam ad R.<sup>mu</sup> Cardinalem Amulium, quae mihi uisa sunt maxime  
 pertinere ad honorem, et gloriam Dei, atq; etiam ad leuandam, et exoneraandam  
 conscientiam meam, ut ea uidelicet meo nomine familiariter proponeret s.<sup>h</sup> Vrae  
 tanq; supremo Parisi in terris Vicario ac de me etiam semper optime merito

Nunc aut

